

dedisse operam, aliunde manifestum est ab eo nihil editum, quod nobis speciem eius ingerat aliam a Philosopho, aut humanioris literaturae professore. Abstulit dubitationem album *Gymnasticum* ab ann. .MCCCXCIII. ad .MCD. quod inter miscellanea nobis a Salomonio ⁽²⁾ relicita reperimus; 5 ibi enim per annos circiter septem plena Discipulorum suffragatione ad Logicam, hoc est Logicam disciplinam Petrus Paulus Vergerius *Istrianus* eligitur. Eodem eum munere functum fuisse ad annum usque .MCCCCIII. constat ex iis, quae Franciscus Zabarella nondum Carinalis refert de laudibus Ottonelli Discalci senioris. Epistola enim ad titulum Ottonelli 10 describens tanti viri obitum, et inferias illi celebratas in Eremitana Basilica, hoc quoque splendoris illis accessisse ^(a) tradit, quod funebrem orationem habuerit eloquentissimus vir, et Logicorum interpres publicus Petrus Paulus Vergerius Philosophiae, ac iuris utriusque Doctor. Hinc porro qualemqualem notitiam Vergerii Gymnasio nostro facimus, dum 15 pleniora a v. cl. Ludovico Muratorio expectamus. Nobili genere progenitus Iustinopoli, quae caput est, et metropolis Istrorum, a prima aetate Venetiis vixit, unde Patavium studiorum causa progressus, hic et elocutionem latinam ab iis, qui cum Petrarca versati fuerant, ac praesertim ab Ottonello Discalcio sibi comparavit, et a Chrysolora linguae 20 Graecae institutiones, quarum initia Venetiis cooperat, perdidit. Aggressus deinde graviores disciplinas in Philosophiam sedulo incubuit, cui ex saeculi more *Meditationes Astronomicas* et *Astrologicas* copulavit. Secutus deinde Franciscum Zabarellam, quem ob easdem animi dotes miro semper amore prosecutus est, Florentiam venit, atque ibi 25 illum jus Canonicum profitentem audivit, simul iuris Civilis arcana eo auspice pervasit, ac redeuntem Florentia Patavium comitatus hic haesit inter domesticos et familiares eiusdem Zabarella Archidiaconi Patavini ac Florentini antistitis electi, praecipuus. Hoc agente, sensim in aulam Francisci iunioris Carrariensium Principum postremi receptus, consi- 30 liorum eius particeps fuit, ac in civitatem Patavinam, quamvis peregrinus, lectus una Professoris publici munere functus est ad annum .

(a) *La stampa dà accepisse*

Non occorre certo prendere in esame il resto di codesto scritto, in cui il lettore avverrà il colore «veneziano» dato dal Papadopoli, ad onta del vero, al suo racconto spropositato; ci basti citare a tal riguardo le parole scritte dal conte Gian Roberto Papafava al

march. Girolamo Gravisi (10 maggio 1773), e cioè che intorno al V. «lo storico dello Studio di Padova non «ne scrive una di vera».

(1) «*De Clar. Interpr.* lib. 3, c. 28, «p. 349».

(2) «*Ad Inscript. Gym.*».